5127 in tabula aenea, rep. Bergomi. *Demolendosi nell' alta città una vecchia casuccia contigua al palazzo Secco-Suardo nella via Corserola n. 69 apparve una officina romana, con vestigie e rilevanti frammenti di robuste arcature, sotto le quali fu rinvenuto un pozzo, con entro rottami di anfore e di stoviglie, poche monete di ignobile metallo, ed alcuni frammenti di tabelle enee* LOMBARDIA. Fuerunt Bergomi apud comitem Alexandrum Secco-Suardo; iam sunt Mediolani in Brera.

QVOD · Q · ACILIVS · MONTANVS · M · IVNIVS · PROCVLVS · II · VIRI · V · F ·
CVM · M · SEMPRONIVS · FVSCVS · PRAEFECTVS · COHORTIS · BAETICAE · VIR · SVMMAE · INTEGRITATIS · PRO
PE · DIEM · SVCCESSOREM · EXSPECTET · ET · ROMAM · PROFICISCI · DEBEAT   Q · F · P · D · E · R · I · CENS
cVM · M · SEMPRONIVS · FVSCVS · ADVLESCENS · OMNI *bus virt* TIBVS · INSTRVCTISSIMV *s ita se in* COLO
NIA · NOSTRA · GESSERIT · VT · VNVS · EX · NOBIS · ESS *e uideretur* CONTVLERITQVE IN *opera plu* RIMA
A IA · SVMMA · MILITIA ESTIA SVMM   IIIEM INPEN
PRIORVM TEMPORVM · RES · P · NOSTRA · CONTVLE   TIN ITVM · DE BEAT · QV *od ex*   AI · REDD
DISCIPVLINA · OPIVMT · MA *xi* MIQVE · PRINCIPIS · *profectus*   AE · *mer* VERIT · VT · SVCCE *ssurus*   PE   COH
STATIONI · EIVS · SIM *iliter rei p. bene f* ACERE *vix possit*   CLARISSIMOS · V   IVM   LEGAT
REI PVBLICA R MAN COMMEN   IVM · NOSTR *im de meri*   VI   IA
TIS · EIVS · AD OPTIMV *m maximumque* PRINCIPE *m*
ITEM · PER · LEGATOS · TIS · COHO   ES · QVOS · SVA

M. Caffi in eph. Mediolanensi *la Lombardia* 18 Sept. 1871 dedit v. 1—5 in fine truncos; omnia fragmenta diligenter delineata miserunt comes Paulus Vimercati-Sozzi Bergomas, deinde emendatiora et pleniora Biondellius Mediolanensis.

8 OPIVMT aes pro OPTVMI. — Colonia, in qua cohors Baetica stationem habuit, quaenam fuerit, ignoratur; M. Sempronius Fuscus cohortis eius praefectus Bergomo oriundus decretum patronatus ab illo oppido sibi oblatum domi in atrio collocavit. — Ad v. 8 cf. nummi Hadriani et Pii, in quibus cernitur imperator sequentibus militibus sub suis signis cum adscriptione: *discipulina* (vel *disciplina*) *Aug.* (Eckhel 7, 503; Cohen Hadr. n. 210. 779—782, Pii n. 579).

5128 Bergomi in S. Alexandro super altare S. Esteriae FERRAR. Super ara divi Iacobi COD. 1517 similiterque SAN. ZANCHI. *Distrutta la chiesa di S. Alessandro nel 1561 per costruirvi le nuove fortificazioni fu trasportata sotto la loggia del palazzo della Ragione e quindi nel pubblico museo* ROTA. Ibidem extat.

P · MARIO
VOT
LVPERCIANO
EQ · R · EQ · PVB · OMN ·
HONOR · MVNICIPAL ·
ADEPT · IVDICI · DESELEC
SACERD · CAENINEN · COLL
FABR · CENT · DEND · M · B · PATRON
CVIVS · EXIMIA · LIBERALITAS · POST
MVLTAS · LARGITIONES · HVCVSQVE
ENITVIT · VT · LVCAR · LIBITINAE
REDEMPTVM · A · RE P SVA VNIVERSIS
CIVIBVS · SVIS · INPERPETVVM
REMITTERET · HVIVS · TOT · ET · TAM
INGENTIA · MERITA · ITA
REMVNERANDA · CENSVERVNT
VT · EFFIGIEM · ILLIVS · PERPETVA
VENERATIONE · CELEBRARENT
L · D · D · D

Contuli. Habent Ferrarinus cod. Paris. f. 155 in add., cod. Reg. Berg. n. 8, item Sanutus f. 86'. Deinde Zanchii cod. a. 1512 Vat. 5243 f. 130 et cod. 1517 f. 2' n. 7 et ed. f. 69 et apud Bellafinum 1532 f. *b* 1 (inde Tacuinus 1525 f. 77, qui pessime corrupit; Apian. 90, 1; Fabricius antiq. p. 55. 64; Schradaeus mon. Ital. f. 351 e Fabricio; Ligorius ms. Taur. 4; Smetius 160, 9 ex Ap.; Grut. 436, 5 ex Apiano et Zanchio cum em. Fabrettianis et adnotatis in Grut. ed. 2; Orell. 3349 ex Grutero); Caelestinus 1, 69; Rota ms.; inscr. Athenaei 1856 n. 6.

11 LVCAR·LIBITINAE primus recte Scaliger epist. 429 ab eo qui vidit lapidem; IVGAR IIIIIINAE Ferr. (cod. Par., IVGAR .... AE cod. Reg.), LVCAR IIIIIINAE Zanchii (codd. duo nec fere aliter ed.), LVCAR·ARVINAE Tacuin., LVCAR·IIIIII VIR Ligor. — 17 ILLIVS lapis, IN·IVS Ferr., IIIIV Zanchii, QVARTVMVIRI Tacuin.

P. Mario Vot(uria) Luperciano eq(uiti) R(omano) eq(uo) pub(lico), omn(es) honor(es) municipal(es) adept(o), iudici de select(is), sacerd(oti) Caeninen(si), coll(egiorum) fabr(um) cent(onariorum) dend(rophorum) m(unicipii) B(ergomatis) patron(o), cuius eximia liberalitas post multas largitiones hucusque enituit, ut lucar Libitinae redemptum a re p(ublica) sua universis civibus suis in perpetuum remitteret. Huius tot et tam ingentia merita ita remuneranda censuerunt, ut effigiem illius perpetua veneratione celebrarent. L(ocus) d(atus) d(ecreto) d(ecurionum). Lucar Libitinae est opinor pecunia sive ei deae sive rei publicae pro funere solvenda, pro quo reditu Lupercianus sortem rei publicae ita dedit, ut usurae eius in intributionis funerariae locum succederent et funus facientes sic ab ea liberarentur.

5129 litteris maximis. Bergomi rep. intra moenia prope monasterium S. Gratae ROTA. In museo.

RON

Descripsi. Rota ms.; inscr. Athenaei 1856 n. 35.

5130 Bergomi extra ecclesiam S. Alexandri FERR.; prae foribus templi S. Alexandri martyris ZANCHI (ed.; de loco tacet COD. 1517). — Periisse scribunt MAZZOL. ROTA.

ANTIO · SEX · F · VOT · ALPONI
AE · M · F · SECVNDAE
corollae cum bucraniis
IO · M · F · VOT · MACRO · PONTIFICI
M · F · VOT · MONTANO · IIII VIR · IIII VIR

Duo exempla extant Ferrarini cod. Paris. f. 70' in add., cod. Reg. Berg. n. 4 (inde Mur. 672, 7 ex schedis Farnesiis) et Zanchianum in cod. 1517 f. 6' n. 27, ed. 1531 f. 70. Ab his pendent reliqui: Choler ms. f. 45'; Grut. 491, 6 ex Zanchio; Caelestinus 1, 57 (inde Mur. 161, 7); Mazzolenus ms. n. 4 ex Zanchio; Mur. 152, 1 ex schedis suis.

1 .. ANTIO Ferr., .. NTIO cod. 1517. — 3 PONTIFICI cod. 1517, DOMITIV Ferr. — De anaglyphis monent Ferr. (Paris.) et cod. 1517.

5131 originis incertae FINAZZI. Bergomi in museo.

Q · ATILIO
Q · F · OVF
CRISPO · VI · VIR
MVNATIA
LECTA
PIISSIMO
PRIVIGNO
IIII · VIR · I · D

Descripsi. Inscr. Athenaei 1856 n. 17.